

Thomas Lindemann

**Rector Academiae Rostochiensis Thomas Lindemann I.U.D. & Professor. Ad  
Sacrum Exequiale Quid ... Iustus Zinzerlingius ICtus ... Matronae hontestißimae  
Agnetae Hahnen Coniugi suae mellitissimae, hodie hora media prima adornatum  
expetit, Omnes omnium ordinum Cives Academicos officiose & peramanter  
invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1632

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777524090>

Druck    Freier  Zugang



Lindemann, Th.,

in A. Hahn,

uxor. J. Zinzerling.

Rostock, 1632.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777524090/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777524090/phys_0003)

DFG



RECTOR  
Academiae Rostochiensis  
**THOMAS LINDEMANN**  
J. U. D. & Professor.

*Ad*  
Sacrum Exequiale  
*Quid*  
*Vir Consultissimus, Clarissimus,*

**JUSTUS ZINZERLINGIUS**  
JCtus, Areopagi Megapolensium  
Assessor meritissimus, viduus nunc  
mœstissimus,

*Matronæ honestissimæ*  
**AGNETÆ HAHNEN**

Conjugi suæ mellitissimæ, hodie  
hora media prima adornatum  
expetit,

*Imperium ordinum Cives Academicos  
officose & per amanter invitati.*



ROSTOCHI

*Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.*  
ANNO M. DC. XXXII.

RECTOR  
Academie Rostochiensis.  
**THOMAS LINDEMAN**  
J. U. D. & Professor..



Omanis, Gellio teste, s. Idus Februarij inter dies atros, nefastos, & funestos compuabatur, quippe quod multa Reipub. ominosa & tristia eō die contigissent. Perse, Plutarcho & Eliano referentibus, eundem diem veluti lugubrem, & defamatissimum devitarunt. Diem si accusare vel increpare liceret, sextum diem Februarij, qui in 8. Idus incidit, aterrimo calculo notarem. Imo quod Tiberium quondam vovisse Suetonius refert, optarem me hodie literas nescire, ne stylus meus tam infelicis nuncij interpres & praeceptor esse juberetur. Occidit enim atro hoc die Matronarum decus *Agneta Habnen*; cuius Manibus pijs, hodie exequias agimus. Quousq; tandem Mors truculenta arbore Clingiadum convelles, concuties? Quem ad finem nos tua depascet voracitas? nondum densatis funeribus domos satis funestasti? Hiant & fatiscant adhuc vulnera, quæ inflixisti, eadem nunc nondum consolidata crudeliter refriesas. Ante hæc tempora surculos subnascentes falce tuâ succi.

succidisti, nuuc vero ipsam radicem aggressa, ramos  
succulentos & frugiferos dejecisti, & primo quidem  
mense Octobri columen, & immortalitate dignum in-  
genium *Theodorum Buffum* JCum insignem. Postmo-  
dum sub hujus Anni nauspicatissimum auspiciu[m] ra-  
mos ejusdem arboris quatuor, eodem ferme tempore  
& cum imperio prostrasti. Tres Matronas, ejusdem san-  
guinis & cognitionis, post quas voluntario quasi mo-  
tu, annoru[m] satur, adeoq[ue] maturissimus decidit ramus vir  
*Magnificus*, consultissimus *Henricus Stalmeisterus* JCus  
& Episcopatus Suerinensis Cancellarius. Deservitum  
jam sperabamus, sed nondum saturatum Sumanum  
Numen ulterius progressum, delicium, cordisq[ue] dumi-  
dum Dn. *Justo Znzerlingio* JClo insigni eripuit. Ite-  
rum frustra nigrum diei calculum, frustra inclemens  
& immitre fatum, accusamus. Æterna lex est, a princi-  
piò dicta omni huic mundo, nasci, denasci, oriri, ab-  
oriri, nec quicquam stabile aut firmum Arbiter ille re-  
rum esse voluit; præterquam semetipsum. Experta  
est hanc vitæ inconstantiam & lubricitatem, pientissi-  
ma fœmina *Agneta Hanen*; quæ Anno 1600. 21. Janua-  
rij in hanc lucem edita est, progenie præclara, Patre,  
Viro Præstantissimo Politissimo, Dn. *Bernhardo Hah-  
nen* socero meo perpetim venerando, & Matre, matro-  
narum Virtutum sapientia *Elisabetha Clingia Magni* istius  
JCTi *Bartholomæi Clingij*, politicorum Phœnicis & Con-  
siliarij Megapolitani fidelissimi, & *Margareta Kronie*  
fœminæ sexus eximiae coronæ filia Proavum habuit  
paternum Virum Prudentissimum *Joachimum Hahnen*,  
Maternum, Virum itidem Prudentissimum *Joachimum*

A 2

Kronen

Kronen Senatores ambos, conjunctissimos amicos.  
Proaviam Agnetam illam Smidiam pluribus Program-  
matibus à foecunditate, pietate & castitate s̄epius de-  
cantatam. Ex hac tam generosâ stirpe Agneta nostra  
progenita, sub primum Nativitatis momentum ferme  
mori cepit Orbata enim matre sua 14. Aprilis, Anno  
1601. adeoq; bimestris Orphana facta; insuper Anno  
1608. Patre in æthereas sedes evocato, varias Fortu-  
næ vicissitudines subire & experiri coacta est. Verum  
Febrora matri Aviam substituit quæ ~~magare~~ nostram  
cum sorore suâ, conjuge mea dilectissima, veluti neptes  
suas mellitissimas excepit, easdem in timore Domini e-  
ducavit. In hujus veluti Grachianæ matris scholâ effor-  
mata, virtutib<sup>z</sup> virginalibus industria singulari suffotis  
& excultis, cotidie aucta succrevit, quæ splendorē suum  
non tantū in hac urbe sparserunt, sed & in oras exoticas  
penetrarunt. Fatalia esse cōnubia, & divinâ Providentia  
cōciliari illa testari potuit. Nullum nupturiendi affectū  
unquā prodidit, quin potius de nuptijs sollicitata, ju-  
guim hoc pudicè, caste & animosè detrectavit. Tan-  
dem tamen suas curatorum & amicorum, in ample-  
xus venit Viri Consultissimi Dn. Justi Zinzerlingij Jcti  
Philologi insignis, nec non dicasterij Megapolitani Ad-  
fessoris meritissimi, affinis mei honorandi Viri Reve-  
rendi, M. Michaelis Zinzerlingij Tungedanæ Ecclesiæ in  
Thuringia pastoris filij, & M. Johannis Zinzerlingij  
ut Tangenheimensis pastoris nepotis. Huic, inquam,  
singulari sorte & fato, pudica animo, corpore pulchra,  
& insuper bonis fortunæ largiter dotata Virgo, obtigit  
uxor. Anno 1619. 21. Septembris. Conjugium inter  
hosce

hosce novellós conjuges, pacatuni, tranquillum & proliferum fuit. Quatuor enim liberorum pie defuncta maritum parentem fecit, duarum filiarum & totidem filiorum, *Agnetæ, Johannis Bernhardi, Elisabethæ, & Friderici.* Quarum primogenitam sibi JEHOVA, ceu matrimonij primitias adseruit, reliqui tres adhuc superstites. In quibus ad pietatem & animi cultum educandis, sedulam pie defuncta nayavit operam, & quidem in natu grandiore filiolo, in ipsa infantia vidit generosæ indolis promicare igniculos. In matrimonio, marito, non Pollam Papiriam vel Messalinam sed alteram Saram, Abigaëlem vel Rachaelem, sobriam, modestam, & ad nutum Mariti paratissimam se exhibuit, eundem ratione vocationis modo Sternebergam modo Gustrovium migrarem; sine murmure secuta, communem sortem æquo animo tulit. Ibi enim cum Hypsicratea patriam, ibi opes, ibi domicilium sibi gratum esse duxit, ubi cunq; maritus esset. Sic Flaccilla Nonium Priscum & Egnatia Glicionem maritos, etiam in ipsum usq; exilium secutæ sunt. Harum laudatissimo Exemplo, cum anno 1630. Provincia hæcce tumultibus bellicis plena esset, omnes circumstantiæ majora pericula portenderent, & migrationem temporariam suaderent, illa consilio maritali obsecuta, Lubecam concessit, & cum hoc secessu, multis mensibus conjuges hi disjuncti essent, asperrima & durissima quæq; cum tenellis & partim lactentibus liberis patientissime tulit: Nec vero renuit maritum, si ei oblatas alibi conditiones honoratissimas, amplexari quam spartam pristinam exornare allubuisset, sequi & Patriæ dulcissimum solum vertere. Verum, rebus in

patria in melius vergentibus, cum maritus citra extre-  
mam necessitatem vocationem priscam minime dese-  
rendam decrevisset, cum eodem huc reversa, domum  
injuria militum ita deformatam reperit, ut eam inha-  
bitare haud posset. Unde apud Avunculum Dn. Con-  
sulem, Bernhardum Clingium divertit, qui conjuges  
hosce reduces, humanissime & comiter exceptit. Ubi  
primo statim adventu, maritum catharrus vehemens,  
Illijs stipatus symptomatibus invasit, & aliquot dies  
afflixit; Eodem vero restituto, ecce inopinato Con-  
jugem 13 Januarij febris corripuit, ad quam expellen-  
dam biduo sequenti, medicamentis convenientibus  
adhibitis melius habere cepit, ut & ipse medicus &  
alij ipsi congratularentur de morbi vi fracta, & sanita-  
tis spe certissima affulgente: Quin ex eo tempore non  
morbo sed languore solum debilitata visa fuit, donec  
infortunio quodam domestico subito ingruente, in  
recidivam gravem præcipitaretur, ea quæ Purificatio-  
nis festum præcessit, die ac nocte, quæ eò usq; in con-  
tinenti sœvijt, ut illâ nocte exspiratura videretur. Un-  
de sub ipsum noctis conticinium, Sacrosancta Synaxi  
ipsius anima refecta fuit. Postquam denunciata Mari-  
to tunc temporis absenti, nova morbi exacerbatio es-  
set, ille statim se stitit, conjugem dilectissimam super-  
stitem quidem, ast ita debilitatam offendit, ut morbi  
violentia naturam superare inciperet. Pridie obitus  
sui filium natu grandiorem sexennem, filiam quadri-  
mam, & alterum filium bimultum ad se duci curavit,  
ijs ultimum vale dixit, eos marito verbis prægnanti-  
bus & penetrantibus, imò ipsum cor ferientibus com-  
mendavit, cumq; rogavit, ut eorum, quæ innocenter  
fibi

sibi misellisq; suis subtracta & erupta essent, restitutio-  
nem urgere & promovere haud desisteret. Hoc facto,  
rerum mundanarum curam penitus abjecit, nocte q;  
in sequente, inter matronas ei fideli sedulitate mini-  
strantes, animam ad beatum ex hac vita in eternam pa-  
triā transitū præparavit, adstante animæ medico, qui  
de promptis ex myrothecio cœlesti alexipharmacis eam  
refocillavit, quib⁹ ita pie animula erecta fuit, ut audit⁹  
& apprehensis sacris sententijs in hæc verba voce clara  
eruperit: *Die worte haben Trost und Leben.* Cum qua cō-  
solatione vivificā, veluti cygneā cantione, non multo  
post 6. huj⁹ Mensis animā placido veluti somno efflatā  
creatori suo reddidit. Luct⁹ inde enascens, incommodū  
imminēs, maritum viduum moestissimum vehementer  
merito afficit. Sed quid luges, Affinis honorande, id e-  
venisse quod posse, imo evenire debere, scivisti? Morta-  
les sum⁹, neq; amnis, aut perēnis aliquis fons, sed torrēs  
qui impetu aliquo currat, decurrit. Tu itaq; naturali &  
fatali hacce sorte nō magis commoveberis, quam peri-  
ti cœlestium rerum, ad Solis vel Lunæ deliquium, quip-  
pe qui syderi suo claritatem suam reddituram sciunt.  
Mors naturæ deliquium est, quo, nauilo exoluto debi-  
to depulso, animæ nostræ veluti sydera, novo splendo-  
re prodeunt & coruscant. Insuper finem vitæ ab origi-  
ne pendere, & omnes humanos actus in orbem & gy-  
rum quasi agi, præsens hic casus ob oculos ponit. Quæ  
enim conjugum horum prima nuptialis habitatio fuit,  
in eadem secuta est tristissima hæc ab invicem diversio.  
*Quo loco ante 12. annos 4. menses & 15. dies, hilaria, &*  
*choreæ nupciales celebrabantur, in eodem nunc fere-*

tro

tro, inter mariti, liberorum & amicorum compla-  
tiones, exuviae piæ consistunt animulæ, in qua domo  
corculum tenellæ pietatis præceptis obseverunt ayus  
& avia, in eadem fructum millicuplum illa exhibuit.  
In hac vita nihil superest, quod piæ animulæ præstari  
possit, quam ut Manes ejusdem exequijs decentibus  
honorentur. Eæ vero agentur in templo Mariano, in  
quo ~~marie~~ nostra marito suo ante 12. annos, fre-  
quenti amicoru cœtu circumfluo copulata fuit. Meli-  
est, teste sacro codice, Eccles. 7.3. ingredi in domū luct<sup>9</sup>,  
quam lætitiae. Æquum itaq; & pium est, ut quemad-  
modum exultantem maritum quondam ovabundi  
comitati sumus, ita nunc eundem eulantem & obitum  
conjugis lugentem, sequamur. Postulat id ~~in memoriâ~~  
debita, & mariti in Academiam propensa affectio. Cum  
itaq; hodie exuviae piæ animulæ sint matri suæ terræ  
reddendæ, rogo, monco & obtestor, omnes Acade-  
miae genuinos Cives, maximos, medioximos & mini-  
mos, ut ad exequias hasce cohonestandas, hora media  
prima in templo Mariano frequentes compareant, &  
honorem, quem sibi aliquando exhiberi expertunt, lu-  
bentes præstent, inter eundum animo recolant, Mor-  
tæ plurimis esse in januis, omnibus in insidijs, singu-  
lis in hisce animæ induvijs. P. P. 9. Februarij A.  
M. D. C. XXXII.












Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777524090/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777524090/phys_0016)

DFG

sibi misellisq; suis subtracta & erepta e  
nem urgere & promovere haud desist  
rerum mundanarum curam penitus  
insequente, inter matronas ei fidelis  
strantes, animam ad beatum ex hac vi  
triā transitū præparavit, adstante an  
depromptis ex myrothecio cœlesti ale  
refocillavit, quib<sup>o</sup> ita pie animula erexit  
& apprehensis sacris sententijs in hæc  
eruperit: Die worte haben Trost vnd Erl  
solatione vivificā, veluti cygneā cant  
post 6. huj<sup>o</sup> Mensis animā placido vel  
creatori suo reddidit. Luct<sup>o</sup> inde enasc  
imminēs, maritum viduum mœstissim  
merito afficit. Sed quid luges, Affinis  
venisse quod posse, imo evenire deberet  
les sum<sup>o</sup>, neq; amnis, aut perēns aliquis  
qui impetu aliquo currit, decurrit. Tu  
fatali hacce sorte nō magis commove  
ti cœlestium rerum, ad Solis vel Lunæ  
pe qui syderi suo claritatem suam re  
Mors naturæ deliquium est, quo, nauil  
to depulso, animæ nostræ veluti syderi  
re prodeunt & coruscant. Insuper fine  
pendere, & omnes humanos actus  
rum quasi agi, præsens hic casus ob o  
enim conjugum horum prima nuptia  
in eadem secuta est tristissima hæc ab  
Quo loco ante 12. annos 4. menses &  
chores nuptiales celebrabant, in e



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 032